


G.I. Caesar · »De bello Gallico« (Liber I/7)

Cäsar eilt nach Genf und lässt sich von den Helvetiern über ihre Pläne unterrichten ...

- Caesari cum id nuntiatum esset, [Temporalsatz - cum + Konj.]
eos per provinciam nostram iter facere conari, [Acl, (»nuntiatum esset«)]
maturat¹ ab urbe proficisci [(Modal-)Verb des 1. Hauptsatzes + Inf.]
et quam maximis potest itineribus² in Galliam ulteriorem³ contendit [2. Hauptsatz]
- 5 et ad Genavam pervenit. [3. Hauptsatz]
- Provinciae toti [1. Hauptsatz - Dat.-Obj.]
quam maximum potest militum numerum [Akk.-Obj. + quam maximum potest [siehe Anm. 2] + Gen. Attr.; Inf. fehlt]
imperat [Verb des 1. Hauptsatzes]
(erat omnino in Gallia ulteriore legio una), [Einschub, Hauptsatz]
- 10 pontem, [Akk.-Obj. des 2. Hauptsatzes]
qui erat ad Genavam⁴, [Relativsatz (»pontem«)]
iubet rescindi⁵. [(Modal-)Verb des 2. Hauptsatzes + Inf.]
- Ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt, [Temporalsatz - ubi + Ind.]
legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis⁶, [1. Hauptsatz]
- 15 cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant, [2. Hauptsatz]
qui dicerent [Relativsatz (»Nammeius et Verucloetius«)]
[id] sibi esse in animo sine ullo⁷ maleficio⁸ [verstümmelter Acl bzw. erweit. Infinitiv-Konstruktion (»dicerent«)]
iter per provinciam facere, [erweit. Infinitiv-Konstruktion (»in animo esse«)]
propterea quod aliud iter haberent nullum: [Kausalsatz]
[et] rogare [verstümmelter Acl (»dicerent«)]
- 20 ut eius voluntate id sibi facere liceat. [Konsekutivsatz - ut + Konj. (Modalverb + ergänz. Inf.)]
- Caesar, [Subjekt des 1. Hauptsatzes]
quod memoria tenebat⁹ [Kausalsatz]
L. Cassium consulem¹⁰ occisum [esse] [1. Acl (»memoria tenebat«)]
exercitumque [= et] eius ab Helvetiis pulsum [esse] [2. Acl - Teil 1 (»memoria tenebat«)]
- 25 et sub iugum missum¹¹ [esse], [2. Acl - Teil 2 (»memoriam tenebat«)]
concedendum [esse] [Acl (Achtung: abhängig vom nachfolgenden »putabat«)]
non putabat; [Verb des 1. Hauptsatzes]
neque [Konnektor zum 2. Hauptsatz]
homines inimico animo, [Beginn Acl (nachfolg. »existimabat«) + Abl. Qual.]
- 30 data facultate per provinciam itineris faciendi¹², [eingeschobener Abl. Abs. + Gen. Attr.]
temperaturos¹³ [esse] ab iniuria et maleficio [Fortsetzung Acl (PFA)]
existimabat. [Verb des 2. Hauptsatzes]
- Tamen, [Einleitung des konzessiven Hauptsatzes]
ut spatium¹⁴ intercedere¹⁵ posset [Finalsatz - ut + Konj. (Modalverb + Inf.)]
- 35 dum milites, [Beginn Temporalsatz - dum + Konj. (»convenirent«)]
quos imperaverat [Relativsatz (»milites«)]
convenirent, [Verb des Temporalsatzes (»dum«)]
- legatis respondit [Verb des Hauptsatzes]
diem se ad deliberandum¹⁶ sumpturum¹⁷ [esse]: [Acl (»respondit«)]
- 40 si quid vellent, [vorgezogener Konditionalsatz]
ad Id. April. reverterentur. [Hauptsatz]



Adnotationes: 1 **maturare** (maturō, maturavi, maturatum) – hier: *sich beeilen* | 2 **quam maximus** – *möglichst groß*; **quam maximis potest itineribus** – *in so großen Tagesmärschen wie möglich* | 3 **Gallia ulterior** – die röm. Provinz *Gallia Narbonensis* | 4 **pons, qui est ad Genevam** – *die Brücke bei Genf* | 5 **rescindere** (rescindō, rescidi, rescissum) – *einreißen* | 6 **mittere + doppelter Akk. (legatos ... nobilissimos)** – *jemanden als etwas entsenden* | 7 **ullus, a, um** – *irgendeiner, -eine, -eines* | 8 **maleficium, i (n)** – *böse Tat* | 9 **memoria tenere** – *im Gedächtnis behalten* | 10 **Lucius Cassius** war zusammen mit Marius Konsul des Jahres 107 v. Chr. | 11 **sub iugum mittere** – *unter das Joch führen* | 12 **facultas itineris faciendi** – *die Möglichkeit, einen Marsch zu unternehmen* | 13 **temperare ab aliqua re** – *sich von etwas zurückhalten* | 14 **spatium, i (n)** – *Zeitraum* | 15 **intercedere** (intercedō, intercessi, intercessum) – *dazwischentreten* | 16 **deliberare** (delibero, deliberavi, deliberatum) – *überlegen* | 17 **sumere** (sumō, sumpsi, sumptum) – hier: *festsetzen, festlegen*